

infesta, funestaque vox, sepulta, sensimque subfidentia omnia refodiebat, homini magis, quam doctrinae litans, aut recte agendi moris observans; Quo facto, ex piis nemini insolitum, vel ἀθεολογον videri debebat, si qui, pro veritate excubantes, illius patrocinium, quantis possent viribus, laudabili posteritati exemplo, susciperent, non facile illud facturi, nisi ad pugnam eiusmodi provocati, causam agere Dei, moleste sedulorum conaminibus sic fuerint compulsi.

Plura volebam; Ast modum mihi imperat, legemque ponit, qui me nec anhelantem, nec cogitantem quidem, in amplissimum hunc dicendi, conferendique publice sententias, locum reduxit. Ex Patribus primi secundique ordinis equidem vel paucos, vel plane nullos reperio, quorum, ut quondam, vel canitiem, vel insignia viventium merita venerer. Reperio tamen, quibus aequa mentis submissione assurgo, iunctaque iis iungi laboris societate, in pretio pono. Omni scilicet mentis contentione nitar, ne videar indignus, tam bonis, tamque excellentibus Collegis. Plura mecum pensabo, plura clam expedire nitar, quam publice dicam, dicam tamen pro candore, quid deceat Theologum, si quid dicere conscientia iubebit. Deo

D

Witte.